





[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50



1686.

- 1^o Coccejus, Henricus: De commissis, ubi de mercibus
contraband, vulgo Contrabande - Wahren.
2. Spina, Johannes, de: De rescriptis moratoris
3. Spina, Johannes, de: De donationibus conjunctorum
4. Teator, Joh. Wolfgang: De consentia iudicis
5. Teator, Joh. Wolff: De epistographo.

1687.

- 1^o Coccejus, Henricus: De rectoris iudicis cum in
genere tam in specie statuum imperii
2. Coccejus, Henricus: De coniugio inaequali perso-
narum illustrium. An. 700. 1714.
3. Coccejus, Henricus: Tractatus belli et pacis in statu
regni Portugallici fundata sine historia Portugalliae
4. Coccejus, Henricus: De jure detractus. Gem. Vom Krieg.
Recht, Nachleben, Zehende - Penning.

5. Textor, Joh. Wolffg: De successionebus regum et principum, familiarumque illustrium.

1688.

1. Brummerus, Joh. Conradus: De glandula pituitaria

2^a ed. Coccejus, Henricus: De jure alluvionum in imperio. 2 Bunde. 1688: 1707

1690.

1^a ed. Textor, Joh. Wolffg: De crimine ambiguitas. 2 Bunde

1690: 1724

1710

Prenelius, Joannes Julius: De eo, per quem stetit vel

non stetit.

1712

1^a ed. Hertling, Johann Fridericus: De ventre illiusque

jure. — 2 Bunde 1719: 1738

1714.

Besserus, Johann Paulus: De restitutione in integrum

adversus sententiam inappellabilem.

1734.

Hertling, G. Fridericus: De regibus Palatinis sine se
principis serenissima domus Palatinae iustis prae-
rogativis ac praerogativis.

1736

1^a - Alef, Franciscus: Veritas communis opinionis
circa pactum de non praestanda evictione. 2. exempl.



[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]



Pro. 18. num. 16. A

Q. D. B. V.

21

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
DE
RESTITUTIONE
IN
INTEGRUM ADVERSUS SENTENTIAM INAPPELLABLEM;

1714, #

P. 179

Quam
In Celeberrima & Antiquissima Academia
Heidelbergensi,

Ex Decreto & Autoritate

MAGNIFICI ATQUE AMPLISSIMI JURISCONSULTORUM ORDINIS

Pro summis in utroque Jure honoribus ac Privilegiis Doctoralibus rite & legitime capeffendis

Publico Eruditorum Examine subijcit

JOHANNES PAULUS BESSERER,
Suevofurtano-Francus,

Ad Diem Januar. loco horisque ab Octava consueta.

HEIDELBERGÆ, S.

Typis JOANNIS MAYERI, Typographi Aulico-Academici.



DEO,
PATRIÆ,
AMICIS,
ATQUE
PATRONIS.



B. L. S.



Iverfis hætenus Studiorum gratiâ visis Academiis, & peregrinatione ad Scopum nostrum faciente feliciter peractâ, finem tandem studiis Academicis imponere ex Consilio Amicorum & propositi ratione duxi. Finem autem illum non alium esse volui, quam talem, quem publica studiorum meorum testimonia comita-

tarentur; ad hæc itaque consequenda, cùm etiam pertineat solennem conscribere & in Publicum exhibere Disputationem inauguralem, de materiâ rarioris alicujus electione sollicito mihi in memoriam revocavi *Legis. 8. C. de Judic. dispositionem auream; In omnibus rebus præcipuam esse æquitatis quàm stricti juris rationem; & dum restitutio, quæ competit adversus sententias inappellabiles, non tantùm in ipsa æquitate naturali videtur esse fundata, sed & in Praxi insignem habeat usum, præstantissimum autem juxta Nov. 54. pr. illorum sit studium, qui se edendis quæ communi vitæ utilia sint præceptis dedunt, hinc tibi, Benevole Lector, prædictam materiam loco Disputationis inauguralis sequen-*



tibus paginis offero, quem laborem, ut boni consulas, est quod decenter rogitō. Tu verò, DEUS ter optimus Maximus, quā hætenus benignitate ineffabili & benedictione studia mea cumulasti, eadem quoque præsentī labori ut ad sis, devotissimè precor, quò cœpta ex voto feliciter succedant.

Proëmium.

Quòd prohibitā appellatione à statutis, privilegiis, vel ab alia lege communi in aliquo casu, non etiam prohibita censeatur in integrum restitutō. Sfort. *Odd. Tract. de Restit. in integr. quest. 15. n. 31. 32. art. 2. n. 44.* probat; Et communem hanc sententiam patere ex *L. 1. Cod. Si advers. rem jud. & per tot. ill. Tit. inquit. dict. Odd. par. 2. quest. 68. n. 42. art. 6.* Etenim statuta stricte interpretanda, cum omnis correctio injure sit odiosa arg. *L. unic. C. de inoff. dote.* & prohibitā appellatione in genere in aliquo casu, non omnis recursus ad superiorem præcluditur.

Nec prohibitio appellationis eò se extendit, si Judex inordinatè procedat, aut si injustè, aut per dolum vel latā culpā procedat. Scacc. *Tract. de appellat. quest. 17. lim. 47. membr. 1. n. 128.* Sic prohibitā appellatione non est prohibita facultas dicendi de Nullitate Bald. in *L. 1. not. 2. n. 3. Cod. Ne lic. ter. provoc. Id. Bal. in L. unic. n. 12. Cod. si de moment. posses.* Ubi de sententia lata in possessorio momentaneo, à qua non possit appellari. *L. unic. C. si de moment. poss. & Conrad. ad h. L. unic. n. 74. Lancell. Tract. de attent. par. 2. cap. 12 de attent. & innovat. appell. pend. lim. 25. pr. n. 1. Scacc. de appell. quest. 17. lim. 6. membr. 3. n. 3.* Sed tamen dici possit de ejus nullitate. Vant. *Tract. Null. rubr. Quis poss. dic. de Null.*

n. 34.

n. 34. Sunt enim remedia diversa, ac separata, quod Myns, cent. 2. obs. 77. rectè ad nullitatem principaliter intentatam restringit, latè Vanr. Tract. de nullit. Sentent. tit. quis poss. dic. de Null. n. 33. & seqq. Ubi generaliter dicit, quòd remota appellatione reliqua juris remedia non censeantur sublata. arg. L. si Domus. 20. ff. de serv. Præd. urb.

Sic prohibità appellatione remanet quoque & supplicatio & Revisio, ex separatis enim non infertur ab uno ad aliud. L. fin. ff. de Calum. L. neque Natales 10. C. de probat. Panormit. in C. ex literis. n. 9. X. de integ. restitut. quòd verò intelligendum esse de prohibitione juris specialis, non verò si extra culpam partis lege aliqua generali vel communi prohibita sit appellatio, inquit Bender. Tract. de Revisione concl. 25. n. 48. Secus ac in Restitutione in integrum, quæ nunquam sublata dicitur, si appellatio remota. Menoch. Tract. de adipisc. Possess. rem. 4. n. 907. vel remota sit appellatio jure speciali, vel jure communi. arg. C. ex literis 4. X. de in integ. restit. hæc enim datur etiam contra rem judicatam, utut de jure communi prohibita sit appellatio. Auth. Hodie & ibi DD. C. de appellat. ex justa nempe causa minoris ætatis, vel alia. tot. tit. de Minor. & tit. ex quib. caus. Maj. junct. tit. Cod. & tot. tit. C. si advers. rem. judic. De hoc verò remedio, cessante appellatione competente porro disquirere constitui-
mus.



Thesis. I.



Varia quidem competunt jure remedia quibus sententiam inappellabilem impugnare possumus, etiam superioris, à cujus tamen sententia aliàs ob excellentiam appellari non potest, & hoc quidem ob maximam æquitatem, cum ob humanam imbecillitatem sæpius evenire solear, ut etiam illi, qui strenui ac assidui Juris Cultores videri volunt, interdum à vero scopo aberrant. (Ibi enim humanum est.) Ne tamen innocens injuriã vel errore læsus omni ad causæ suæ justitiam demonstrandam destituatur viã, certa remedia sunt concessa adversus tales inappellabiles sententias, inter quæ Restitutionem in integrum hoc in opere maximè nostram facimus, quæ certas ob causas ex æquitate concedi solet; sententia autem inappellabilis sit ex natura causæ, vel ob excellentiam Judicum.

Thesis. II.

EX natura verò causæ sententia inappellabilis dicitur, & omnis ratio causæ repugnet appellationi, & talis petitio restitutionis in integrum est provocatio ad eundem vel superiorem judicem, quã per sententiam talem jure quidem inappellabilem læsus adversus eandem se restitui petit.

Sic

Sic à sententia lata in Possessorio summario regulariter appellatio locum non habet. Blum *Process. Cam. Tit. 46. §. 55. & denegari eam tam à sententia lata super possessione adipiscenda, quam recuperanda & retinenda. Gloss. in L. un. in verb. moment. Cod. si de moment. Poss. Rol. à Vall. Conf. 77. n. 9. lib. 2.* Et hoc verum esse in tali sententia lata etiam contra minorem, nam & hic ligatur dispositione *L. unic. C. si de mom. Possess. Contrard. ad h. l. lim. 8. n. 12.* Cùm itaque hujus iudicii natura non admittat appellationem, tamen non negandum minori beneficium restitutionis *Gloss. ult. in L. unic. verb. reformationem. C. si de mom. Poss.* Et hæc Doctorum opinio satis probatur regula generali *L. ult. C. si adversus rem judicatum*, quâ constitutum est, minorem ex sententia læsum in integrum restitui posse, quæ Lex generalis præsentem casum non excipit, ergò regula etiam huic inhærendum, donec exceptio probetur. *Bart. in L. 1. n. 2. ff. si quis in jus voc. non iver.* Et sicuti minor læsus in contractu restituitur. *L. ait. Prator. 7. ff. de minor.* Ita pariter cùm læditur sententiâ. Nec enim hoc impedit *L. 42. ff. de minor.* Ubi tantum minores beneficio ætatis consequi dicuntur, quantum majoribus appellatio præstat; non enim ibi sensus, ac, quando majori appellatio denegetur, etiam minori beneficium restitutionis eo in casu non competat, sed tantum consequi minorem ex restitutione, quòd nempe gesta contra ipsum rescindantur, quantum consequitur major mediante appellatione, quæ iudicatum tollit. *Gloss. in d. L. unic. C. si de moment. poss.* Et hanc sententiam attestatur *Odd. Tract. de restit. in integ. par. 2. quest. 68. n. 42. vers. sed contra art. 6.*

Thesis.

Hæc restitutione quoque uti majores, si scilicet statutum majores decem annis & octo in quibusdam actibus pro majoribus habeat, ut possint validè agere absque auctoritate alterius personæ, & nihilominus hos adhuc viginti quinque annis minores lætos posse in integrum restitutionem impetrare Odd. *Traët. de rest. in int. par. 1. quest. 15. n. 51. vers. in contrar. art. 9.* Statutum enim corrigens jus commune in uno, non debet extendi ad correctionem alterius, sic statutum minorem majorem declarans corrigit jus commune tantum quoad validitatem actus, cum aliis actus minoris sine Curatore sint ipsò jure nulli, præmissis si agatur de amissione rei immobilis, aut mobilis, quæ servando servari non potest. *L. 2. §. 1. L. 3. C. de his qui ven. ætat. impet.* Non verò, hoc ipsò, dum actus validos declarat, adimit ipsi restitutionis beneficium, restitutio enim præsupponit etiam actum validum Sfort. Odd. *Traët. de restit. quest. 15. n. 18. quest. 17. n. 62.* & quando contractus ipsò jure nullus est, etiam restitutio cessat. Sic si statutum minorem pro majori simpliciter in omnibus & per omnia habeat, vel disponat, quòd ætas annorum 18, intelligatur ætas perfecta & legitima, attamen in priori casu ex capite minoris ætatis adhuc restitutio locum habebit. *Scacc. de appellat. quest. 19. rem. 2. n. 21, 22. Odd. d. Traët. quest. 15. n. 75. art. 9.* Nec in posteriori erit ætas legitima, si agatur de amissione immobilium Odd. *dict. quest. 15.* Simoncell. *Traët. de Decret. tit. 8. insp. 3. n. 24. 26.* Ex quibus omnibus patet, nihil relevare, quod quidam ex contrariis argumentis referunt, legem enim minorem in judicio momentaneæ possessionis admittit ut majorem *L. 2. C. qui leg. pers. stand. in jud. hab.* adeoque ipsum non posse

posse restitui in integrum, cum Lex aliàs falleret minoris adversarium contra expressam *L. 1. C. de his qui ven. atat. impetr. verb. restitui non posse. Ne hi, qui cum eis contrahunt, principali auctoritate circumscripti esse videantur.*

Etenim minor quoque habetur, ut major, cum litigat tutore auctore, & tamen in integrum restitutione gaudet. *L. ult. C. si advers. rem. jud.* Et licet permittatur minori litigare sine tutore aut Curatore in judicio momentaneæ possessionis Menoch. *de recup. possess. rem. 6. n. 33. 38. L. ult. C. qui legit. pers. stand. in jud. hab.* Non tamen hæc majoræntitas ficta, cum maximè in suum commodum sit concessa, torqueri debet in ejus odium, ut & restitutionem amittat, quæ magni ponderis est. *Contra L. 6. quod favore. C. de legib. Menoch. de retinend. poss. rem. 3. n. 857.*

Thesis. IV.

AD exemplum minorum restitutio adversus sententiam inappellabilem Ecclesiæ quoque & Civitatibus conceditur, Ecclesiæ enim & Civitati competunt omnia privilegia, quæ competunt minoribus in materia restitutionis *C. 1. X. de Restitut. C. 2. X. eod. Casp. Manz. de Restit. in integr. tit. 3. quest. 12. n. 158. Berlich. Parr. 2. Dec. 216. Carpz. lib. 2. Resp. 95. Bardili. Diss. de Restit. in integ. univers. s. 3. Alex. Conf. 81. n. 8. Lib. 5. Socin. jun. Conf. 115. n. 7. Lib. 2.* Et sic restituuntur jure minorum DD, *ad L. 1. C. de offic. ejus, qui vic. L. 4. C. Ex quib. caus. maj.*

B

Thesis.

Thesis. V.

Sic porro hæc restitutio conceditur cuilibet contradictori, si iustâ causâ nitatur, ex generali ratione, quòd remedium restitutionis in integrum nunquam sublatum dicatur, quanquam rejiciatur appellatio, quemadmodum & in reliquis possessoriis momentaneis restitutio admittitur, cum appellationem admittatur. Menoch. *de adipisc. possess. rem.* 4. §. 907. & sic sentire omnes in *L. unic. C. si de moment. Possess.* inquit, Menoch. *cit. loc.*

Thesis. VI.

Conceditur verò hæc restitutio in integrum, quando ex aliquibus signis elucescit, inferri per possessionem damnum enormissimum Contard. in *L. unic. C. si de Mom. Possess. lim.* 8. n. 24. nec ob modicum damnum concedi, multò minus ob minimum, uti quidam statuunt, sinempe ex tali restitutione non sequatur rescissio actus magnæ rei, sed solum rescissio ipsius damni modici *arg. L. 4. ff. de Restit. in integr. Verb. Ne propter satis minimam rem, si majori summa aut rei præjudicetur audiatur is, qui restitutionem postulat. de quib. vid. Covarr. Var. Resol. Lib. 1. cap. 3. n. 11. 12. Sfort. Odd. de restitut. in integ. quest. 4. art. 12. n. 102. in verb. Ego dico &c.* Sed enorme damnum requiri, & quod sit alicujus momenti, *arg. L. 9. inf. ff. de Dol. mal. Carpz. par. 1. const. 1. Def. 9. Bachov. in Com. ad Tit. de Restit. in int. pag. 964.* Quòd verò tale sit damnum, quod per sententiam in possessore laram infertur, dubitant aliqui, eâ ratione usi, quòd hæc causa possessoria modici tantum detrimenti sit, cum contentio de possessione non sit contentio magnæ causæ, etiam si agatur de possessione magnæ

magnæ rei. Soc. *Conf.* 266. n. 26. Lib. 2. Quia instantia de Proprietate salva remaneret. Sed non abs re est, etiam causam Possessorii habere multa commoda §. 4. verb. *Commoda. Inst. de interd.* Quibus siccarere jubear, sæpius non modicò afficiat damnò, et si levis dici possit, inspectâ causâ dominii. Hinc in causa restitutionis læsio quanta dicatur, optimè & meritò iudicis arbitrio relinquitur. Odd. *de restit. par. i. quest. 4. art. 13. n. 121. 122. & 123.* Quandoque enim levis quidem & minima censetur possessionis causa, cum de solo momento agitur, ut in *L. unic. C. si de moment. Possess.* Sed difficillimam reddi causam intuitu petitorii iudicii, & sufficere ad magnum damnum demonstrandum, quòd omnis probatio rejiciatur in non possidentem *L. 2. C. de probat.* & in dubio pro possidente pronuncietur, §. 4. *Inst. de interd.* Menoch. *de arbitr. iud. cas. 12. n. 18. in fn.* Sic adversùs sententiam latam in iudicio summarissimo denegatur in integrum restitutio, quia damnum, quod affertur ex hac sententia maximè dicitur leve esse. Menoch. *de retinend. Poss. rem. ult. n. 54.* Uti etiam in hoc ipso iudicio nec appellare, nec supplicare est permillum, cum causa celeritatem desideret, & summarissimè tractanda ordinaria redderetur. Hoc maximopere procedit in summarissimo, in quo fuit propter imminens periculum armorum & rixæ provisum, quis deberet esse actor, & quis reus. Scacc. *de appell. quest. 19. rem. 2. n. 24.* Et hæc sententia, ne liceat restituere in summarissimo adeò vera & firma redditur eò ipso, cum constat, nec iudicem hanc interlocutoriam in summarissimo revocare posse, cum tamen aliàs interlocutoria suâ naturâ sit revocabilis *L. quod iussit. 14. ff. de Re jud.* Hoc interlocutum enim executionem secum trahit, cum jubeat alterum ex contententibus in possessione esse: alteri ve-

ro inhibet, ne ad possessionem accedat, multo minus itaque restitutione differri poterit Tiraquell. in l. si unquam. verb. re. vertatur. n. 309. C. de revoc. Don. Bart. in l. cum Pracur. §. Si Dominus. n. 7. de Nov. oper. Nunc. Et licet detur restitutio in integrum, tamen ab ipso decreto de restituendo appellari posse, cum aliàs appellatio sit prohibita in summariissimo, Ruginell. Tract. de appell. quest. 17. lim. 47. membr. 1. n. 169. quest. 19. rem. 2. n. 25. Hæc superius tradita extenduntur porro, ut ne minori quidem hoc in casu restitutionem petenti indulgeatur. Menoch. Tract. de retinen. Possess. rem. ult. n. 55. Ubi ulterius inquit: Nec minorem restitui posse in integrum contra sententiam interlocutoriam, quæ tantum aufert exceptionem declinatoriam, quia non lædit jus suum, & proinde leve & modicum damnum censetur.

Thesis. VII.

Secundò inappellabilis sententia dicitur ex natura causa, quando fecit transitum in rem judicatam, res verò judicata pro veritate habetur L. 25. ff. de stat. hom. L. 3. pr. ff. de agn. & alen. lib. Nec facilè rescindi potest, licet nova instrumenta reperiantur L. 4. C. de Re jud. sic à sententia, quæ habet duas præcedentes conformes sententias pro se, de jure civili appellari nequit, potest tamen ratione Nullitatis citatio impetrari vid. Mev. Cons. 49. n. 48. & Part. 1. Dec. 100. n. 6. & part. 6. Dec. 114. Item si posterior sententia sit prioris correctoria, aut injustè declaratoria Gylman. Symphor. Cam. voce. Appellatio ab inter locutoria, conformes enim dicuntur sententiæ, quæ conveniunt in substantia & qualitate, Ruginell. de Appell. §. 12. gloss. 1. n. 10. ibique allegati DD. sic licet juxta Gailium l. obs. 112. n. 10. in causa matrimoniali tertio appellari;

pellari non liceat, licet tamen de injustitia sententiæ per modum Querelæ procedi. Et quod diximus de tribus conformibus sententiis, id omne quoque procedit & in secunda sententiâ, ut si statutum extet, Ne liceat bis appellare, vel si jus commune caveat, Ne bis appelletur, ut in causa liquidatoria Scacc. *de appell. quest. 17. lim. 1. n. 70. Surd. Conf. 103. n. 1. Lib. 2.* Ubi ab excessiva taxatione expensarum semel tantum appellatio admittitur, Rebuff. *de sentent. execut. art. 7. n. 20.* Quia hæc duæ sententiæ conformes faciunt rem judicatam, ut in aliis res. Scacc. *dict. Tract. quest. 17. lim. 10. n. 69.* Sic quoque unica sententiâ facit transitum in rem judicatam, à qua non est appellatum intra legitima tempora, quare, sicut latis tribus sententiis conformibus res judicata exoritur, & appellatio amplius non admittitur, secundum *alleg. prior.* Sic etiam post unicam hanc sententiâ, quæ dicto modo in judicatum transivit, omni appellationis recursum excluditur, Scacc. *de appell. quest. 12. n. 143. quest. 17. lim. 2. n. 69. lim. 1. n. 71.* Si tamen fatalia lapsa sint ob justum impedimentum & appellans debitam suam diligentiam probaverit, *L. fin. §. illud. C. de temp. appell. L. qui commeatus. 14. ff. de re milit.* Non appellationis remedio cadit, sed iudex præviâ cognitione, brevi manu adversus lapsum fatalium restituit Blum. *Proceff. Cam. tit. 79. n. 9.* Gail. *Lib. 1. Obs. 143. n. 3. & fin.* Interdum Citatio ad videndum se restitui decernitur: novissimum præjudicium camerale est in causa de Rôhn contra Eüchlerischen Erben / quò casu usque ad duplicas inclusivè proceditur, & tunc demum sententiâ publicatur, quâ restitutio vel decernitur, vel denegatur. vid. Dn. Hoffmann. *Prax. Cam. tit. 20. pag. 817.* Ubi Decretum Supplicæ pro restitutione contra non factam intra 30. dies actorum requisitionem Ann. 1680. 17. Febr. exhibita annexum.

Thefs. VIII.

Tüm sententia inappellabilis est ex Natura Cause, si lata sit contra contumacem in non veniendo & respondendo positionibus. Scacc. de appell. quest. 19. rem. 2. n. 4. Gail. Lib. 1. Obs. 132. n. 6. & 7. Blum. Process. Cam. tit. 45. n. 23. Ratio hujus in hoc consistit, quòd beneficium appellationis concedatur ei, qui est oppressus à iudice, non ei, qui est contumax adversus iudicem, quia contra contumacem omnia jura clamant, & sic clypeus appellationis debet protegere oppressum à iudice, non eum, qui vult opprimere & contemnere jurisdictionem iudicis. Scacc. quest. 17. lim. 3. n. 2. infir. Talis enim declaratur pro confesso, & appellatio non admittitur. Scacc. quest. 19. rem. 2. n. 4. Hoc tamen dictum de contumace in non veniendo & respondendo, non in contumace in non agendo, ut Bald. in L. Diffamari n. 7. per tex. in L. fin. § jussus ff. de appell. & L. 1. C. quor. Appell. non recip. putat. Si nempe in contumaciam non comparentis iudex perpetuum silentium imposuerit, ob rationem, quòd hic contumax in non agendo videatur diffidere juri suo, non tamen renuntiare sed contumax in non veniendo jurisdictionem iudicis contemnit, Clement. unic. de Dol. & contum. L. contumacia 53. ff. de Re jud. Gloss. in d. L. Gail. Lib. 1. Obs. 132. n. 7. Nisi in tali contumaci manifestus quoque & expressus contentus iudicis inveniatur, quò casu talem contumacem non audiendum, & duplicem adversus illum exceptionem, declinatoriam & peremptoriam objici posse inquit Gail. lib. 1. Obs. 132. n. 8. Hæc occasione queri potest: Si iudex inferior fortè admitat talem appellationem contumacis in non veniendo, quid faciendum? Tali casu Camera Imperialis per mandata contra prædictum iudicem inferiorem procedit. Ita Mandatum de non admittendo

tendo appellationem à sententia in contumaciam non venientis seu non parentis lata, sed denegando, in eventum cassando S. C. decretum, & 16. Nov. 1698. reproductum in causa *Wi. mundischen Curatoris Solemachers contra den Herin Official zu Eölsn.* Si itaque talis contumax beneficio restitutionis usus fuerit, non in tota causa, & sic etiam quoad primam instantiam restitui poterit, sed tantum contra sententiam in contumaciam. Restitutio enim tantum reddit, quantum abstulit læsio, contumax verò per sententiam læsus, contra sententiam restitui ipsam, necesse est, quod etiam textus in *L. Divus. 7. ff. de Restitut. in integr.* satis innuit, ubi Marcellus in §. 1. ad litera restituendum esse tantum contumacem, in verbis: *Restituere litem*, inquit.

Thesis IX.

Nunc etiam sententia inappellabilis fit, & remedium appellationis denegatur, si ob Excellentiam iudicis ulterius recurrere non possumus, vel, quia nullum superius restat Tribunal, ut in Principe superiorem non recognoscente. *L. 1. ff. A. quib. Appell. non lic.* Rebuff. *Tract. de Appell. art. 7. gloss. 2. n. 27.* Ferrar. *Tract. de appell. Lib. 2. cap. 3. n. 130.* Roll. à Vall. *Conf. 94. n. 1. Lib. 1.* Ruginell. *de appell. §. 2. c. 2. n. 20.* vel, à sententia Principis, vel quia præsumptio militat pro iudice, quod sententia sit iuste & rectè lata. Scacc. *d. Tract. quest. 17. lim 1. n. 14.* Licet enim, ut loquitur Juris Consultus in *L. 1. ff. de Offic. Praef. Prat.* credat Princeps, eos, qui ob singularem industriam exploratà eorum fide & gravitate ad huius officii magnitudinem adhibentur, non aliter iudicatos esse, pro sapientia ac luce dignitatis suæ, quam ipse foret iudicaturus; cum tamen ipse Imperator in *L. 3. §. 13. C. de vet. iur. enuel.*

enud. dicat, divinæ, non humanæ esse constantiæ, in nullo aberrare, & in omnibus irreprehensibilem esse, ideo sapienter constitutum est, ut etiam adversus sententias ob Excellentiam iudicis inappellabiles licentia vel supplicandi vel aliò remediò utendi læsis ministretur, ut Imperatores Dioclet. & Maxim. in *L. unic. C. de sent. Præs. Præt.* prudenter rescripserunt. Hoc equidem procedit hodie maximè in Imperatore, ut & in omni Principe, qui non recognoscit superiorem, Marr. Laud. *Tract. de Princip. quest. 266.* Ruginell. *de appell. §. 2. c. 2. n. 9.* Scacc. *d. l. quest. 16. lim. 1. n. 2.*

Thesis. X.

Sententiæ in Augustissimo Camerae Imperialis Iudicio similiter sunt inappellabiles, vid. Conc. Ord. Cam. *par. 3. tit. 61.* in verb. **Das von denen Urtheilen am Kayserlichen Cammer = Gericht ergangen und ausgesprochen/ kein Theil weiter zu appelliren/ oder zu suppliciren Macht haben soll.** Quia autem favor defensionis in ipsa naturali æquitate consistit, hinc, ne quis fortè se injustè læsum putans omni remediò destitueretur, Ordinatione Camerali Restitutio & Revisio tanquam remedia legitima gravatis sunt concessa, Vid. Ord. Cam. *par. 3. tit. 32. & 33.* Hic verò petitio restitutionis in integrum est, quæ iudicis Camerae officium imploratur, ut sententiam à se latam certis de causis retractet, & rem sive jus alteri per sententiam ablatum restituat, vid. Roding. *Pand. Cam. Lib. 3. tit. 60. §. 4. pag. m. 898.* Hæc petitio vel datur contra sententiam in causa principali, vel contra sententiam desertoriam, vel non devolutoriam, quæ tamen propriè non vult esse huius loci. Si in causa principali adversus sententiam Cameralem definitivam,

wam, ejusque vim habente restitutio petatur, requiritur (1.) Ut non per calumniam fiat, aliàs principalis cum suo Procuratore & Advocato mulctatur, & Restitutio denegatur, præjudicium vid. ap. Roding. *d. l. pag. 899. (2.)* Ut non petatur ex causis jam antea in judicio deductis, sed noviter repertis instrumentis, de quib. vid. omninò **Gemein Bescheid** *de ann. 1669. d. 7. Jul. Ord. Cam. Part. 3. tit. 52. in verb. Erhebliche Ursachen so vormahls in Gerichts Händeln nicht angezogen.* Vid. tamen Roding. *Pand. Cam. Lib. 3. tit. 60. §. 10.* Qui docet quomodo causæ antiquæ cum novis cumulari possint. Stort. *Odd. de Restit. Part. 2. quest. 76. art. 4. n. 1.* Klock. *Relat. Cam. Relat. 30. n. 26. seqq.* (3.) Ut juramentum calumniæ non tantum in Principalis, & Advocati, sed etiam in propriam animam Procurator, in eadem Audientia, quæ eam petit, præstet. Vid. **Gemein Bescheid** *7. Jul. 1671.* Formulam specialis mandati ad hæc necessariò requisiti, nec non ipsa dicti juramenti contenta tradit Roding. *dict. loc. pag. 908.* (4.) Ut Procurator causæ Restitutionem in integrum legitimo tempore & modo petat, de quo vid. Dn. Hoffmann. *Prax. Juris & Process. Cam. tit. 22. §. 5. pag. 834.* Tempus verò petendæ Restitutionis in integrum de Jure communi est quadriennium continuum Myns. *1. Obs. 51.* & numeratur à die scientiæ. Gail. *2. Obs. 48. n. 5.* Idemque tempus adhuc obtinet, si quis restitutionem adversus sententiam judicis inferioris in Camera Imperiali petat, cum in ordin. Cam. de hoc nihil expressum vid. Blum. *Process. Cam. tit. 57. n. 6.* adeò que Jus commune non mutatum sit.

C

Thesis.

Thesis. XI.

Restituere verò Judex contra propriam sententiam potest per text. in *L. in Cause* 13. ff. in fin. & *L. Præfecti*, 17. ff. de *minor.* in quibus expresse deciditur, non tam Præfectum urbi, quam alium magistratum pro jurisdictione sua in integrum restituere posse, tam in aliis causis, quam contra sententiam suam, cujus rei rationem reddit Hermogen. in *dict. Leg.* 17. quod appellatio quidem iniquitatis sententiæ querelam, in integrum verò restitutio erroris proprii veniæ petitionem, vel adversarii circumventionis allegationem contineat, modò tamen ille judex sit ordinarius. Umm. *Process. Jud. Disp.* 19. in fin. in delegato enim secus esse vid. apud Blum. *Process. Cam. tit.* 57. §. 5. Non verò tantùm judex contra propriam sententiam restituit, verùm etiam judex superior, appellationis scilicet, contra sententiam inferioris restituere potest, ut tenet Ferrar. Mont. in *Tract. de Supplic.* c. 7. §. *Interim eorum* fol. 151. *L. 13. E. 18. ff. de minor.* in quibus textibus, cum minori judici tantùm contra sententiam majoris restitutio interdicitur, superiori tacitè concessa intelligitur. Bender. *de Revisione concl.* 1. n. 17. Restitutio verò in integrum contra sententiam in Camera latam, coram eodem Cameræ judice, non coram Commissariis uti superioribus, proponenda est, quod probat *tit.* 52. *Part. 3. Ord. Cam.* in quo differt à Revisione, quæ coram Commissariis Imperatoris & Statuum Imperii proponi debet. *tit.* 53. §. **Ob auch die Revision & c. 8. & §. seq. Part. 3. tit.** 50. *par. 1. Ord. Cam. §. fürter und zu mehrer.*

Thesis.

Thesis. XII.

Petitâ verò Restitutione in integrum omnia manere debent in suo statu, nec regulariter executio locum habet *L. unic. C. de integ. rest. Mynf. lib. 1. Obs. 48.* est enim species Appellationis, idèdque ad instar hujus executionem suscipit *Mynf. lib. 6. Obs. 80. n. 5. & ult.* Nisi tamen præsumptio contra perentem, quòd malitiosè eam, & ad differendam solùm executionem petat, militet, secundum *Mynf. cent. 1. Obs. 48. cent. 6. Obs. 80. Cyn. & Bald. in L. unic. C. de restit. in integ.* Sic propter calumniam à jure præsumptam restitutio contra tres conformes sententias executionem in Camera non suspendere, notat *Mynf. Cent. 3. Obs. 84.* nisi ex novis vel antiquis actis aliquid appareat, quod calumniæ præsumptionem tollat, *Milis. in suo repertorio in verb. Executio trium sententiarum & in verb. restitutio in integ. ad. Appell. Bender. de Revisione. concl. 20. n. 70. c. suscitata X. de integ. Restit.* Hoc tamen communiter limitant, si executio sit irrevocabilis, quia eò casu frustratoria estet & cautio & restitutio *Mynf. cent. 1. Obs. 48. Panorm. in d. c. suscitata n. 8. X. de integ. restit. Maran. Part. 6. de Appell. n. 98.* An verò post appellationem desertam, restitutionem adhuc in causa petere possim, quemadmodum etiam Nullitas appellatione desertâ adhuc principaliter deduci potest, *Mynf. 2. Obs. 77. n. 5.* hoc affirmat *Blum. Proceff. Cam. tit. 57. n. 7.*

Thesis. XIII.

Secundò etiam peti potest Restitutio in integrum adversus sententiam desertoriam, quæ quidem, licet sententia principalis per eam inappellabilis facta, hùc tamen non

adeò pertinet, quia non sententia principalis ipsa impugnatur, sed tantum adversus desertoriam & lapsum fatalem restitutio petitur, quare his casibus facilius etiam est petita restitutionis in integrum impetratio, sic causa Henningiana contra DD. Barones de Kielmansegg pro deserta decreta, sed eadem sententia brevi manu restitutoria publicata. vid. Roding. d. loc. §. 22. pag. m. 902. Idem observatum in causa Schombardischer Kinder erster Ehe / contra Schombardische Kinder anderer Ehe. Et tempore Justitii septennalis omnes appellantes brevi manu adversus lapsum fatalem ex officio sunt restituti; Sed quaeritur: an contra non devolutoriam sententiam quoque restitutio peti possit? Regulariter non videtur; si autem appellatus per sub. & obreptionem obtinisset, ut summa inappellabilis iudicata, & per hoc causa non devoluta pronuntiata sit, appellans autem in continenti docere velit, ex falsis instrumentis, & falsis testimoniis, seu allegationibus in hoc iudici sub & obreptionem esse, tum restitutionem in integrum locum habere statuit Roding. d. loc. pag. 966. in pr. Quaestio verò est ulterior: Si quis adversus desertoriam ob causas relevantes veniat restituendus, an simul in puncto restitutionis, & in causa principali pronuntiari possit? Negat hoc Blum. *Process. Cam. tit. 79. n. fin.*

Thesis XIV.

Altera species restitutionis adversus sententiam Camerae est Revisio, de Revisione verò sententiarum Camerae & Syndicatu vid. Ord. Cam. Part. 3. tit. 53. Blum. *Process. Cam. tit. 79.* Dn. Hoffmann, *Prax. Cam. tit. 23.* ab Uffenbach in *Elegantiss. suo Tract. de Excellentissimo Consilio Casareo-Imperiali Aulico Cap. 23. Sect. 2. & Sect. 4.* An hæc revisio sit reme-

remedium extraordinarium vid. *Hermes, fasc. jur. publ. cap. 14. n. 4 pag. m 307, add. Gilhaus. Arb. Ind. Heig. in Quæst. Illustr. quæst. 10. n. 19. Roding. Pand. Cam. Lib. 3. tit. 61. §. 1. in pr. pag. m 911.* Revisio verò est remedium extraordinarium, quò in Camera læsis ex quadam benignitate per Commissarios Imperatoris & Statuum Imperii ad id deputatos succurritur. Ordinatio autem Cameræ certam formam Revisioni petendæ præscripsit, ut scilicet Revisio tribus mensibus ante primam Maji ejusdem anni Electori Moguntino intimeretur, *Tit. 53. in pr. Part. 3. Ord. Cam.* huc facit quoque *Tit. 50. in fin. pr. Part. prim.* Sed si inter sententiam latam & primam Maji tantum spacium non intercedat, in *Ord. cautum. Tit. 53. §. 1. vers. Wo aber vonder Zeit. Part. 3.* ut eò casu Revisio annò sequenti, hòc omninò modò expediatur, hocque indistinctè in scriptis fieri debet, ob expressum textum in *d. tit. 53. in pr. vers. Dergestalt/Part. 3.* ubi hoc modo dispositum: **Dass sie solches Unsern neuen ic. zu jederzeit in Schriftten zu erkennen geben.** *Mynf. Cent. 1. obs. 66.* Differt verò à restitutione in integrum, quòd Revisionis interpositæ effectus non sit suspensivus, ut in Restitutionibus, licet nonnulli status in Comitibus & Aula Cæsarea de effectu suspensivo introducendo non ita pridem petierint, exceptis causis Religionis & spiritualibus *Recess. Imper. d. ann. 1654. §. 124.* Deinde Restitutio ex planè noviter repertis, non antea deductis conceditur, ut supra in *Thes. 10.* dicitur. Revisio verò indistinctè tam interlocutoria quam definitiva ex prioribus & antiquis saltem actis justificari, nec quicquam novi proponi debet, ac proinde beneficium *L. per hanc. 4. C. de temp. Appell.* quòd non deducta deduci, non probata probati queant, locum in eam non habet. Text. est luce clarior in *tit. 53. §. 1. Erstlich*

lich & §. 9. Gail. *Lib. 1. Obs.* 14. n. 2. Remedium hoc non locum habet in arbitriis & compromissis vid. *Recess. Imp. de ann.* 1594. §. 65. nisi subit læsio enormissima, & cum ann. 8r. quæstio movebatur, num Revisio locum habeat, si in quosdam compromissum, remotâ appellatione, ubi certum est, appellari tunc non posse; Domini Visitatores tum causam remissilerunt ad Imperatorem, à quo decisio hujus quæstionis petenda esset, quod videri potest apud Magenhorst. *Comment. in Ord. Cam. in Centur. Obser. Obs.* 15. An verò petita sed denegatâ Restitutione in integrum Revisio ad huc peti & obtineri possit? de hoc vid. Klock. *Conf. Tom. 3. Conf.* 140. n. 46. & 47. Ruland. *de Commiss. & Commiss. par. 2. Lib. 9. cap. 18. n. 11. pag. m. 211.* Uffenbach. *de Iudic. Aul. Cap. 23. sect. 3. pag. 264. seqq. Recess. Depur. de ann. 1600. §.* **Als auch Streit fürgefallen** 157. Dn. Hoffmann. *Nucleum. Respons. Cam. Resp. 7. Deck. Concor. suprem. tribun. cap. 23. sect. 3. pag. 195.*

Thesis. XV.

IN Judicio Imperiali Aulico, sicut contra illius sententias nulla appellatio, neque Querela Nullitatis admittitur, vid. Uffenb. *de Iud. Aul. Cap. 23. pag. 263 §. advertendum tamen est.* Imò ne quidem remedium Syndicatus aliter quàm per viam supplicationis permillum est, Uffenb. *d. loc. pag. 364. in pr.* Ubi idem de remedio restitutionis tradit *dict.* Uffenb. *pag. 265. in fin. sect. 3.* Sic Supplicationis via in Instrumento Pacis art 5 §. 154. Statibus concessa gravatis in Judicio Imperiali Aulico partibus patet. *Vid. prælaud. Uffenb. dict. pag. 265. usque ad pag. 272.* ubi varias proponit quæstiones. Et hinc loco Revisionis in Camera Imperiali usitata permillum parti gravatæ contra sententias in Judicio Imperiali Aulico latas ad Sacram

Sacram Casaream Majestatem supplicare. Andler. *in Corp. Const. Imp. Tom. 2 Part. 2 sub voce Revisio pag. 1694.* Et debent observari in judicio Aulico requisita Revisionis in *Recess. Imp. Noviss.* § 124 & seqq. præscripta, quamvis aliàs diversum quodammodo ac separatim à Supplicatione Revisio remedium sit, quod apparet *ex tit. 51. Part 3 Ord. Cam.* hinc licet Supplicatio secundùm quosdam DD. intra biennium quando cunque offerri possit, Revisio tamen non nisi eodem, aut mox sequenti annò proponi potest. Sic Supplicatio in continenti, vivâ etiam voce, instar Appellationis, intra IV. menses tamen, fieri potest, Revisio verò semper scripturam requirit; tum etiam in Revisione certa pecuniæ summa deponenda; in Supplicatione verò circa ejusmodi dispositionem nullo jure cautum quid reperitur, plures differentias vid. apud Bender. *de Revisione Concl. 20. §. 20.*

Supplicatio hæc contra tres conformes sententias in Judicio Aulico laras non conceditur. Uffenbach *dict. loc. §. 4. pag. 1694. in pr.* An effectum suspensivum habeat *vid. dict. Uffenbach. d. l. §. 12 pag. 1698.* Ubi hoc negat; & in hoc differt inter alia à Restitutione in integrum, quæ executionem impedit, quamvis enim Restitutio etiam gratiam respiciat, *arg. L. 18. & L. prim. in pr. cum simili ff. de minor.* non tamen instar supplicationis meram & puram concernit gratiam, sed juri quoque innititur, & si quam gratiam annexam habet, ea non à judice, ut in Supplicatione, sed à jure provenit, cum Restitutio ex justa causa ext. infeca, imbecillitate nimirum ætatis, favore Ecclesiæ, vel alia quappiam legitima causa semper indulgeatur. *L. unic. C. de in integ. restit. post. ne quid nov.*

Thesis.

Thesis. XVI.

HÆc itaque remedia adversus sententias in supremis Imperii Tribunalibus latis dantur, quid verò dicendum de Electoribus & Statibus Imperii? Notum enim est, illos varia Privilegia, ratione qualitatis & quantitatis, partim illimitata, partim limitata habere, quæ exactissimè sunt observanda *vid. Recess, Imp. de ann. 1654. §. III.* Status Imperii, si judicia sua Judicibus sufficienter ad id, juxta requisitum *dicti Recessus. §. 108.* qualificatis instruunt, nullum video contra tales sententias Restitutionis remedium. Ita in specie in causis matrimonialibus & similibus provocatio ad Cameram interdicitur in *C. O. C. Part. 2. tit. 31. §. ult. & Visit. Recess. de ann. 1570.* Ubi tamen in *§. ult.* in verb. **Wann aber von wegen Ersetzung der Gerichten oder Administration der Justiz oder sonst in facto gnugsam verificiert befunden würde / daß aus des Richters Ungeschicklichkeit oder Unerfahrenheit / auch Versäumnis / Corruption, oder Bosheit zu jemandes Prajudiz, Nachtheil und Schaden geurtheilet und gesprochen / das recht versagt / oder verzogen worden wäre / so soll gegen der Schuldhaften Obrigkeit so wohl / als deren geordneten Unter-Richtern gebührende Bestrafung fürgenommen / und durch den Kayserlichen Fiscal zu Einbringung solcher Straff / wie sich gebühret verfahren werden.** Ita in *Recess. Imp. Nov. de ann. 1654. §.* **Wann sie auch 109.** expressis verbis constitutum est. Et tali casu gravato remedium Restitutionis lata dicitur, ipso facto, licet per indirectum competit, imò interdum Nullitatis Querela, non obstante Privilegio de non appellando locum habet. Et quidem, quod attinet, Nullitates insa-

insanabiles in Recess. Imp. Nov. §. **Hey denjenigen Nullitäts**
ten aber 22. ratione Judicis, vel Partis, vel substantialium
 Processus recensitas, intra 30. Annos impugnari possunt. Si
 autem causa propter inappellabilem summam ad Cameram
 devolvi nequeat, gravatae parti duplex via restitutionis ad-
 huc patet. (1.) Ut sua gravamina ad judicem eundem per viam
 supplicationis intra legitimum tempus juris deferat, qui illa
 accipere, atque per modum revisionis ex iisdem actis finali-
 ter causam discutere tenetur. (2.) Ut pro qualitate cujusli-
 bet causae, si una vel altera pars id efflagitet, atque relevan-
 tes ad sint causae, iudex inferior, coram quo litigatum est,
 acta integra in praesentia utriusque partis vel earum Procura-
 toris in rotulata, sigillata & clausa, absque recommendatio-
 ne (quod nimirum una causa ab una parte sit favorabilior,) ad
 duos vel plures Juris Consultos, vel ad Facultatem aut Colle-
 gium Juridicum ad ferendam sententiam transmittat. *Vid. Re-*
cess. Deput. de ann. 1600. §. **Es soll aber** 16. & hinc in *Cont.*
Ord. Cam. Part. 2. Tit. 31. §. 10. ita dispositum legimus: **Es**
soll aber den Partheyen unbenommen seyn / sondern
frey stehen / da sie unter der Summ / davon nicht
appelliret werden mag / sich beschweret zu seyn besin-
den / ihre Beschwerde und Gravamina per viam Supplica-
tionis an die ordentliche Obrigkeiten und Herrschafft
in gebührender Zeit Rechtens anzubringen / welche
auch schuldig seyn sollen / dieselbe anzunehmen / und
per modum revisionis ex iisdem actis, (**Es hätten dann die**
Partheyen etwas neues vorzubringen / worüber
sie gehöret werden müßten / indeme ihnen noch 2.
Satz oder Schrifften weiter zugestatten wären.)
Endlich zu entscheiden / oder aber nach Belegen-
D
heit

heit einer jeden Sach / und da es von einer / oder andern Partheyen begehret würde / und erhebliche Ursachen vorhanden wären / auf eine *Univerſität* / oder aber zweyen / oder dreyen Rechts Gelehrten / *ad revidendum* zu überſchicken. add. omnino *Receſſ. Imp. Nov. de Ann. 1654. §.* Doch mit dieſem Zuſatz 113. de qua transmissione, actorum vid. Renneman. in *Tract. de Transmiſſ. Actor.* Heeler. in *Tract. de Iud. Act. de Reſponſis Ictorum* vid. Iter. de *gradibus Academ. cap. 11. §. 5. pag. 272.* Quid autem ſi iudex denegat petitam transmissionem? Tunc Mandatum S. C. de legaliter in cauſa uſque ad ſubmiſſionem procedendo, in rotulando, & transmittendo acta ad impariale Collegium in Camera Imperiale petitur, & faciliè impetratur, modò de denegata transmissione Documentum fide dignum ſupplicæ ſit adjunctum, ſicuti totâ die præjudicia extant plurima, & noviffimè in cauſa Sauter Civis Francofurtenſis contra Conſilium Archi-Epiſcopatûs Colonienſis decretum, de *Ann. 1713.* Sed & hîc addatur *Mev. Dec. ſingul. p. v. Dec. 109, n. 5.*

Theſis. XVII.

DUm etiam per Declarationem ſententiæ, interdum obliquè ille juvatur, qui læſus eſt, & appellare nequit: juxta Baldi Conſilium 94. *Lib. 4.* non abs re fore viſum eſt, & de hac aliquid reſtitutionis materiæ annectere. Sententia enim poteſt declarari per iudicem, qui eam tulit, ſi partes conſentiant. Quod ampliatur in arbitro & arbitratore, quia, ſi partes in compromiſſo dederunt facultatem arbitrium vel laudum ferendi, illudque declarandi, poterit declarare, etiamſi

etiamsi partes de novo non consentirent, Bald. *Conf.* 494. *Lib.* 5. Et valet declaratio iudicis ambiguae sententiae, si nihil additur, vel diminuitur, quando autem additur aliquid vel minuitur, tunc non est declaratio, sed nova sententia Rom. *Conf.* 45. Et datur appellatio à tali declaratione vel interpretatione, Alex. *Conf.* 3. *col. fin. Lib.* 1. Card. Tusch in *conclus. pract.* Tom. 7. *concl.* 123. *n.* 3. Licet autem iudex inferior suam sententiam declarare possit, tamen in Camera Imperiali declarationes sententiarum raro fiunt, hinc Gail. *Lib.* 1. *Obs.* 116. *n.* 8. attestatur, suo tempore declarationes sententiarum saepe petitas, nunquam vero factas, sed rejectas esse, in fine tamen *dict.* *Obs.* praedictum antiquum factae declarationis addit, & Gylmann. in *Symphor. Cam. voc. sententiarum interpretatio. princ.* tria praedicta allegat, & voce *sententia* s. *sententia dubia.* quartum addit, vid. Blum. *Supplic. Cam. tit.* 18. *n.* 56. *pag.* 709. Ubi sententia Cameralis in causa Wallich contra Drölar Ann 1661. d. 25. Ianuar. per sequens decretum extrajudicialiter declarata: Wird hier mit erkläret und bezeuget / daß durch die an dies in Kayserlichen Cammer-Gericht. d. 29. Novembr. ergangene Urtheil alle vorgangene wieder Klägern W. verübte unformliche Proceß und That-Handlungen / auch in specie des Wipst-Manns S. den 19. Febr. ann. 1656. und andere dergleichen ausgelassene Schreiben und Bezügigungen verworffen / cassiret / und aufgehoben worden seyen / ihme an seinen Ehren bey hiesigen (Speyerischen) und andern Kieffer-Zünfften / und sonst jedemänniglich ohn nachtheilig seyn solle. in *Conf.* 25. Jan. 1661. Sic in causa N. contra N. ann. 1700. 30. Jul. sequens decretum latum. In Sachen N. contra N. wird so viel den Pflicht-Theil Quæstionis anbelangt / hiernit erkläret / und bezeugt

bezeuget / daß durch die an diesen Kayserlichen Cammer-
Gericht den 2. April. jüngsthin ergangene Urtheil den Wey-
land N. jezso dessen Sohn N. ein völliger Pflicht-Theil / als
nemblich der sechste vonder Halbscheide / oder ein Zwölfter
Theil aus der ganzen / von weyland N. und dessen Ehe-
Frauen N. gebohrner N. herrührender Verlassenschaft /
übrige Eilff Theile aber dem vor Sohn N. jezso dessen min-
derjährigen Sohn allerseits mit Reichs-übigen Interesse von
der Zeit / und wie es weiter in gedachten Urtheil exprimiret
ist / adjudiciret / und zu erkannt worden sey ; übrigen be-
gehren aber judicialiter &c. in Consilio. 30. Julii, 1700.

Theſis XVIII.

Denique affine Restitutionis beneficium est Reductio ad
arbitrium boni Viri; etsi enim à sententia vel laudo ar-
bitri regulariter non appelletur L. 1. C. de Arbitr. L. 32.
§. 14. ff. eod. potissimum si Compromissum pœnâ sit val-
latum, quia tunc sive aqua sive iniqua fuerit sententia, eidem
metu pœnæ parendum. L. 27. ff. de Recept. qui arb. Marant. spec.
Aur. P. 6. tit. de Appell. n. 250. Tamen si sententia seu laudum
evidentem continet nullitatem, manifestam injustitiam, ac
enormissimam læsionem, tunc reductio, etiam si compromis-
sum fuerit Juratum, admittitur Gail. L. 1. Obs. 150 n. 9.
quem sequitur Græv. Cons. 150. Col. 1. n. 3. Blum. Process. Cam.
tit. 58. n. 4. in fin. Roding. Pand. Cam. Lib. 1. tit. 35. vers. al-
tera est, Dn. Hoffmann. Praxin. Cam tit. 21. pag. 818. Et
hæc Reductio nullis promissionibus, renuntiationibus, aliis-
que excogitatis verborum cautelis, datâ læsione, maximè
enormi, impediri potest. Menoch. de Arbitr. Jud. C. 73. n.
1. Gabriel. comun. concl. Tit. de Arbitr. concl. 3. n. 7. & 8. Imò
Curtius

Curtius minor in L. Si ex falsis 12. C. de Transact. & in cons. 80. circa fin. quòd astra potius de cælo caderent, quam ut daretur cautela ad tollendam reductionem propter enormissimam læsionem exiltimat. Habet enim Compromissum tacitam conditionem, si arbiter æquum fuerit arbitratus, & idèd contra laudum iniquum, & enormissimam læsionem continens semper datur exceptio doli, tam ad effugiendam pœnam compromissi, quam laudi observantiam. Marant. spec. Aur. P. 6. Tit. de Appell. n. 268. Scacc. de Iudic. cap. 2. n. 364. & 374. Gail 1. Obs. 150. n. 17. Et talis Citatio ad videndum deduci enormissimum læsionem, evidentes Nullitates, & sententiam reduci ad Arbitrium boni Viri in Camera Imperiali decreta. 29. Aug. 1688, teste prælaudato Dn. Hoffmann. in Prax. Cam. pag. 832.

Et hæc reductio habet effectum executionis suspensivum Lancell. in Tract. de Attendat. Part. 2. cap. 16. de Attend. Reduct. ad Arbitr. boni vir. pendente. Boërius quidem in Dec. 284. inquit: quòd reductione pendente, non differatur executio pœnæ conventionalis, sed hoc eò casu tantum locum habet (1.) Si sententia extra partes compromisso insertas non extendatur. (2.) Si non contineat læsionem enormissimam, vel Nullitatem evidentem: quas limitationes Authoritatibus & legibus roboratas vid. apud prædict. Lancell. Part. 2. cap. 16. n. 43 & 49.

Plura de Reductione qui desiderat, vid. Roding. in Pand. Cam. Lib. 1. tit. 35. pag. 498. Blum. Process. Cam. Tit. 58.

Ego verò præter intencionem terminos Restitutionis in integrum serè egressus ad finem Disquisitionis hujus Academicæ propero, omnia autem ad Arbitrium boni viri & Bene-

vell Lectoris hâc conditione reduco, ut si quid humanitatis
 passus sim Restitutionem in integrum facilius ab illius impe-
 trem, & quemadmodum semper, juxta Nov. 80. præfat,
 eum DEI auxilio omnem facio providentiam, ita quoque
 in ejusdem Nomine his impono

F I N E M.



Corollaria.

I.

CAjus emit à milite hostili consultò rem creptam, cum
 protestatione coram testibus vel in instrumento quo-
 dam facta, se rem istam furtivam bonâ fide emere,
 veroque domino pro eodem pretio restituere velle;
 quæritur: An Sempronius dominus istiusmodi rerum pre-
 tium erogatum Cajò emptori restituere teneatur? Affirma-
 tivam adopto.

II.

An ultra alterum tantum usurz peti possint plures? Af-
 firmativam pariter præfero.

III.

Legis VIII. C. de revocand. Donat, rationem ad Patrem
 non habentem liberos omnia bona sua extraneo donantem ob
 liberorum supervenientiam quoque extendendam esse, exi-
 stimo.

IV.

Molendina pnevmatica in feudo feudali posita & reperta
 in dubio non pro rebus allodialibus, sed pro feudi augmentis
 habenda sunt.

Pendet ab incerto nequaquam Gloria casu,
 Sed sua quotidie Præmia Virtus habet;
 Sic Meritum comitatur Honor, sic Præmia certant,
 Jam BESSERE tuum concumulare caput.
 Jam bene convenient & in una sede sedebunt
 Jure Fori Alma Themis, jure Tori Alma Venus,
 Sis felix, floreque diu, det JOVA salutem!
 Ut juri antiquus Restimatur Honos.

*Hæc honoris & amoris ergo, Nobilissimo & Perexi-
 mio Domino Candidato gratulabundus de-
 properabat*

C. O. THYLLIUS JCrus, Comes Pala-
 tinus, Status Regiminis Electoralis Palatini
 Consiliarius, & Professor Jurium Prima-
 rius, h. t. Facultatis Jurid, Decanus.

DEsperata lues commendat Pæonis artem;
 Sic collapsa tuam Barthole causa probat.

Hinc tu cum lapsis tentas succurrere causis,
 Ut MELIUS surgant: Bartholus ipse eris.

PAULUS USLEBER S. J. SS. Canon-
 in Universitate Heidelb. p. t. Professor
 Publicus & Ordinarius.

FINis Bellorum Pax est, Justitia Legum,
 Intenditque labor, dulce quietis opus.
 Quis Tibi? dum Cathedræ deposcis inire pericla,
 Nunquid Doctorum Lauream ut inde feres?
 Accipe: nam Virtus, tentata Scientia Juris,
 Ac Mores inte, sunt, quibus illa detur.

*Hæc Nobilissimo ac Clarissimo Domino Doctorando de obzi-
 nendis mox Doctorum Honoribus aggratulari ex corde
 voluit*

JOHANNES BARTHOLOMÆUS BUSCH,
 J. U. D. Seren. Elect. Palat. in Curia Revisionis
 Consil. ac in hac Almâ Universitate Professor Pan-
 dectarum Ordinarius,


Hic

Hic status est hominum, juva tunus, & opprimit alter;
 Hic nocet, ille suam porrigit inde manum.
 Ipse quoque, ut dudum vulgata Parœmia cantat,
 Sæpe premente Deo, fert Deus alter opem.
 Sic, quibus incubuit nimio Lex scripta rigore,
 Auxilium Prator sæpius ipse tulit.
 Par Tua conditio est, Tibi par, *Clarissimè*, Virtus;
 Qui miseris affers, quam negat alter, opem,
 Qui quoque multorum lapsis succurrere rebus
 Discis, & ingenio, consilioque juvas.
 Appello! Appello! queruli vox nota clientis,
 Appello! ulterius judiciumque peto!
 Sed quid si vocem hanc Fatalia lapsa recusent?
 Ecce? premente uno, qui juvet, alter adest.
 His, qui amiserunt cunctando, restituis rem,
 Queis nocuit Judex, fers Neo-Doctor opem.
 Clarius, ut dicam, quibus Appellatio adempta est,
 Innocuas aperis, *restituendo*, Vias.
 Te pariter, Deus ergo juvet, pariterque juvando
 Post consoletur Te quoque *Pulchra Dea*.

*Ita Nobilissimo, & Clariss. D. Candidato, dum pro Do-
 ctoralibus honoribus in Illustri Palatina gloriosis
 auspiciis sine Præside disputaret, gratulabundus
 accinuit*

JOANN. FRID. HERTLING, Jctus;
 Sereniss. & Potentiss. Elect. Palat. Consil. Judi-
 cii Aulici, Facult. Jurid. Ordinarius, nec non
 Universitatis Heidelb. Bibliothecarius Adjun-
 ctus.





ULB Halle
003 499 669

3




Sh

VDT







17
Q. D. B. V. Pra. 18. num. 10. 21
1714, 22

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
DE
RESTITUTIONE
IN
INTEGRUM ADVERSUS SENTENTIAM INAPPELLABLEM;

P. 479

Quam
In Celeberrima & Antiquissima Academia
Heidelbergensi,
Ex Decreto & Autoritate
MAGNIFICI ATQUE AMPLISSIMI JURISCONSULTORUM ORDINIS

Pro summis in utroque Jure honoribus ac Privilegiis Doctoralibus rite & legitime capeffendis

Publico Eruditorum Examine subicit
JOHANNES PAULUS BESSERER,
Suevofurtano-Francus,

Ad Diem Januar. loco horisque ab Octava consuetis.

HEIDELBERGÆ, S.

Typis JOANNIS MAYERI, Typographi Aulico-Academici.

